

Program m

der

lateinischen Hauptschule zu Halle

für das Schuljahr 1851—1852

von

Dr. Friedrich August Eckstein,

Rector der lateinischen Hauptschule und Condirector der Franckeschen Stiftungen.

Inhalt:

- I. Anecdota Parisina rhetorica edidit Fr. A. Eckstein.
- II. Schulnachrichten von Demselben.

Halle,

Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.

1852.



20

71

W. v. G. v. G. v. G.

Unter dem Benefizium der freien Schule, welches nach der (oben) Ministerial-Verfügung vom 10. September 1849 halbjährlich vertheilt wird, haben wir aus den Zinsen des schenkungsmässigen Legates zu vergeben, die statutenmässig dem besten Ober-Seminar zuzufallen. Es war dies in diesem Jahre der Stadtschüler Knäuper aus Gade. Die Vertheilung der schenkungsmässigen Stipendien Angelegenheit ist noch nicht erfolgt. Das Legat ist demnach noch nicht vergeben.

Vertheilung des Benefiziums der freien Schule zu Gade

Dr. Dr. L. Schlein.

für das Schuljahr 1871-1872

von

Dr. Friedrich August Schlein

Director der schenkungsmässigen Benefizien und Director der freien Schulen zu Gade

Inhalt:

- I. Anecdota Patinae rhetorica edita P. A. Eckstein
- II. Schulnachrichten von Gade

Preis

Preis des Buches 1 Mark

1872



Praefatio.

Posteaquam Iulius Quicheratius ex codice Parisino regio nr. 7530. incerti scriptoris versus de figuris vel schematibus edidit et Theodorus Bergkii noster fragmentum de notis inde excerptum illustravit, plures viri docti ex nostratibus codicem illum et prisca vetustate acriori grammaticorum studio commendatum et libellorum quos continet multitudine ac varietate insignem diligenter versaverunt. Ex quibus imprimis Henricus Keilius, collega coniunctissimus, nominandus est, qui cum proximo anno Gallofrancorum et Helvetiorum bibliothecas perscrutaretur, Parisiis eas codicis illius partes, quae ad Latinos grammaticos pertinent, partim perlustravit accurate partim descripsit vel, ubi necessarium visum est, cum editis exemplaribus comparavit. Quare ego ab hoc libello scholastico, in quo scribendi sive opportunitate usus sive necessitate pressus particulam aliquam Parisini codicis adhuc incognitam edendam suscepi, codicis descriptionem, quam Keilius noster fecit, non alienam esse putavi. Est vero haec: Codex Parisinus Reg. 7530. memb. 4. saec. VIII. litteris longobardicis scriptus foll. 303. cf. Quicherat, bibliothèque de l'école des chartes I. p. 51 sqq. Mommsen. Zeitschrift f. AW. 1845. p. 81 sqq. Primus membranarum quaternio deest, secundus autem et tertius, qui nunc primum in codice locum obtinent, in summis marginibus humore valde corrosi sunt.

f. 1—18. index verborum quae corrupta utuntur declinatione iis quae apud Diomedem p. 356 P. sqq. leguntur similis. || f. 18 b. *De constructione. Singulorum casuum per ordinem constructiones — aut obicere vedeor.* . . . f. 27. petita haec sunt e Prisciani libro duodevicesimo. || f. 27 b. *Dicimus rithmum esse ubi tantum legitimi pedes sunt — similiter dicimus.* de rythmo et metro. || f. 28. *Incipit Thuestes — accepit.* cf. Schneidewin. Mus. Rhen. nov. I. p. 106. Mommsen. l. c. p. 84. || f. 28. *Notae XXI. — expl. notae.* f. 29. cf. Mommsen. l. c. p. 85. Osann. Anecd. Roman. p. 327—334. || f. 29. *De observatione ultimae syllabae casu singulari omnium partium orationis ac prius de nomine ordine litterarum vocalium observato deinde addita consonante. A terminatus — observanda sunt* f. 31 b. cf. Anal. Vindob. p. 458.

*

n. 6. — p. 468. n. 23. || f. 31 b. *Clarissimo Albino — exsoluat* f. 35. Servius de centum metris. || f. 35. *De structuris — reportabis.* cf. Anal. Vindob. p. 506. || f. 35 b. *De iambico metro — permittunt.* ibid. p. 521. || f. 35 b. *Servius Fortunatiano dñ. Superfluum amice fore putavi — artis poetice epistolarum et sermonum heroico iungitur continentur* f. 38. de metris Horatianis. || f. 38. *De figuris factis per genetivum casum. Nomen generis — Catonis fuit hoc studium.* || f. 38 b. *Incip. deo propitius metra Horatii. In toto carmine — amore percussum gravi. Servii grammatici scripsit deo propitius | papulus constanteyderichi indiciimensis februaryi XXV. dies | saturni hora. III. dei* f. 40. || *De pedibus. Pes dictus est — Troiae* f. 41. *Sergius p. 1831 — 1838 P.* || f. 41. *De idiomatibus fin. precor deum et deo δέομαι τοῦ θεοῦ. explicit feliciter Iuliano scolastico Sardiano. Servii grammatici maximae et antiquae Romae* f. 46. secuntur alia his similia *de verbis quae regunt varios casus, de figura secundum ordinem declinationis, de iis quae apud Latinos alio genere quam apud Graecos dicuntur; quibus in fine* f. 49. subscriptum est *explicit libellum Servii grammatici.* || f. 49. *Constat autem ut cum activi verbi — in aliena lingua non facile transferuntur* f. 51. de partibus orationis secundum Isidorum. || f. 51 b. *De barbarismo — de soloecismo — de schematibus fin. aut a rebus ingruis aut a rebus paribus* f. 62. excerpta sunt haec e Pompeii in artem Donati commentario. || f. 62 b. *Oratio quando — quotiens ibi sinit sensus ubi pes sinit. de oratione et periodo.* || f. 62 b. *Incipit de VII. artibus liberalibus. quis sit philosophus — ut sapientia homini* f. 65 b. || f. 66. *Incipit ars Foce grammatici. Ars mea — et his similia* f. 78. || *Genera verborum — propriis serviunt casibus* f. 78 b. de generibus verbi. sequitur Prudentii hymnus in Eulalam — f. 80. || *Grammaticae initia ab elementis surgunt — integer permanet* f. 123 b. de octo partibus orationis commentarius ex Charisio Diomede Prisciano excerptus. || f. 123 b. *Incipit beati Isidori episcopi de partibus orationis. Nomen dictum est — ut gloriandus* f. 125 b. || *Barbarismus est una pars — incurrunt* f. 126 b. *Inter barbarismum et soloecismum — barbarismus iure dicitur* f. 127. *De formis verborum fin. — rapiebam. explicit.* || *Casus nominum sunt sex — acutum et circumflexum.* f. 138. cf. Pompei. p. 70 ed. Lind. haec omnia enim, ordine interdum mutato, ex Pompeii commentario petita sunt. deest autem post f. 135. unus membranarum quaternio, qui fuit numero duodevicesimus. || f. 138 b. *Incip. caesurae versuum. Caesurae versuum sunt quattuor — sunt viginti octo* f. 140 b. cf. Heusinger. post Mall. Theod. p. 85 sqq. (p. 577 sqq. ed. Gaisf.) || f. 140 b. *Incip. Mallii Theodori de metris. Dubitare — existimant* f. 145. || *Incip. grammaticae artis nomina graece*

et latine notata. — f. 146. cf. Heusinger. l. c. p. 81. (p. 574 ed. Gaisf.). || f. 146 b. *Incipit de ponderibus. Pondera seu maiora — de mensuris. Amphora vas.* — f. 148. || f. 148 b. *Incipit notas iuris A abet — Zen zenobius* f. 153 b. || sequitur brevis litterarum quibus numeri significantur explicatio. f. 154 b. *Incipit de notis sententiarum — invenerit.* f. 155 b. cf. Mommsen. l. c. p. 85. || f. 156. *De geometrica. Digtus habet — parasanga.* || f. 156 b. *Incip. pars Sergii. Ars dicta est — obtusus est.* f. 166. (Putsch. p. 1779—1799.). *De littera. Litteras latinas constat Carmentem invenisse — seq. de syllabis — de communibus syllabis — de pedibus — de accentibus — de posituris — fin. comma caesum. explicit artis Donati primae commentarium a Servio factum expletum est* f. 171. diversa sunt ab iis quae Sergii nomine inscripta edita sunt a Putschio p. 1825 sqq. et in Anal. Vindob. p. 473 sqq. || f. 171. *De accentibus. Accentus sive tonos imponimus — ast ego quae divum incedo.* || f. 171. *Incip. de partibus orationis artis Donati secundae. Duae sunt principales partes — multorumque librorum fecerunt. Commentarium in arte Donati priorem explevit magister Servius* f. 183 b. integer Servii in Donati artem commentarius (cf. Putsch. p. 1837—1856.), cuius posterior pars, quae est de barbarismo, in editis exemplaribus deest. || f. 183 b. *Incipit de partibus orationis artis secundae Donati. Oratio dicta est quasi oris ratio — pro pudor et reliqua* f. 221. excerpta haec sunt e Pompeii commentario. || f. 221. *Scemata dianoeas — pari ratione* f. 224. || *De figuris vel scematibus — auxerit illum* f. 228 b. carmen de figuris a Quicheratio editum. || f. 228 b. *Quisquis rhetorico — necessitate excusata* f. 251 b. Fortunatiani ars rhetorica p. 53—101. ed. Capp. duobus capitibus de historia et de epistolis in fine aucta. || f. 251 b. *Emporii oratoris de ethopeia* sqq. — f. 259. cf. Capp. p. 303—317. his quoque in fine addita sunt nonnulla quae a Capperonnerio omissa sunt. || f. 259 b. *Incip. praexercitamina Prisciani grammatici. De fabula — decenti quando dicimus inglorium est* f. 265. || f. 266. *De dialectica fin. legit tertium nihil habet* f. 272. || *De figuris numerorum quos antiquissimi habent codices. Sciendum — decima libella* f. 276. (Putsch. p. 135 c.) Prisciani de numeris et ponderibus liber alio quam editus est ordine dispositus. || f. 276. *De temporum ratione.* cf. Quicherat. l. c. p. 51. Mommsen. l. c. p. 81. — f. 289. *Prima aetas est ab Adam — Eraclius ann. XVII. huius imperii XIII. anno Iudaei ab Hispanis Christiani efficiuntur* f. 290 b. || *Incipit libellus Bede presbyteri de orthographia A littera — sermo pervenit* f. 301 b. (Putsch. p. 2775—2804.). secuntur f. 302. et 303. sententiae et glossae eadem manu quae in universo codice conspicitur scriptae.

In illo igitur codice quae foll. 221. et seqq. leguntur *schemata dianoeas* ea Theodorus Mommsenius descripsit et Roma anno 1845. ad Theodorum Bergkium transmisit cum doctis hominibus communicanda. Quod cum nescio quo pacto a viro doctissimo neglectum esset, schedae in Keilii manus pervenerunt, cuius propensae benignitati ego eas acceptas rettuli.

Quamquam omnis de luminibus orationibus doctrina a multis veterum scriptoribus, quos H. Sauppius in epistola critica ad G. Hermannum p. 158 sqq. enumeravit, copiosius multo tractata est, tamen haec fragmenta rhetorica non indigna visa sunt quae ederentur, non quod nova quaedam continerent, quae harum rerum periti facili negotio deprehendent, sed quod quae studiorum rhetoricorum ratio ista aetate fuerit, unde magistri praecepta sua potissimum hauserint, quos veteres scriptores maxime tractaverint, inde perspicere potest. Accedit quod rhetorica haec cum versibus illis de figuris arctissime colligata suspicionem efficiunt utrumque figurarum corpus similiter compositum esse et pedestria haec et, si diis placet, poetica illa ex similibus fontibus manasse. Neque tamen tali suspicioni multum tribuerim, quia qui haec contulit non tam scripsit de figuris quam ab aliis scriptoribus explanata compilavit. Maxima enim pars ex Isidori Originibus (p. 15, 3 — 21, 14.); nonnulla (p. 11, 19 — p. 15, 3.) ex Quintiliani Institutione oratoria transscripta, alia ex eadem in brevius contracta sunt (p. 21, 15 etc.), unde in aperto est ea quoque quae p. 3 — 11, 17. leguntur aliunde sumpta esse. Quod qui tenebunt, eam rationem quam ego in fragmentis edendis secutus sum non improbabunt. Nolui enim diversitatem scripturae subicere textui emendato, sed ipsa codicis verba typis describenda curavi, ut qui criticam artem in illis scriptoribus factitaturi sunt habeant gravissima testimonia vel optimos eorum codices antiquitate superatura. In emendanda codicis vitiosa scriptura quaedam occupasse Mommsenium et Bergkium, alia suppeditasse Keilium grato animo profiteor, nonnulla superesse acutioribus criticis relicta non mirabuntur qui quam difficilis sit lectu codicis scriptura sciunt et mihi maximis et vero gravissimis negotiis districto condonabunt.

Ex eodem codice (fol. 125 b.) fragmentum de barbarismo descriptum est, quod quia ex uberioribus disputationibus in Arte Consentii, in Institutione Quintiliani, al. compilatum est, Arti Consentii aliquot locis emendandae non inutile fore spero.

Hal. Sax. pridie Kalend. Novembr. a. 1852.

Fr. A. Eckstein.



Scemata dianocas quae ad rethores pertinet.

Inergia est imaginatio quae actum incorporeis oculis subiicit et fit modis tribus persona loco tempore. Persona cum absentem alloquimur quasi praesentem. Vergilius necturus carminibus nostris indictus abibis oebale. Loco cum qui non est in conspectu nostro tanquam videntes demonstramus ut hic dolopum mani hic saevus cendebat achillis. Tempore cum praeterito utimur quasi praesenti ut apparent rari nantes in iurgite vasto.

Diortosis quae latinae correctio nominatur cum dicturi aliquid quod arrogans aut iniuriosum esse videatur praemissa praefatione mollimus. Arrogans ut est apud ciceronem nec metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere tur quidem in cui reus tam perditus tam convictus aut occulte subripi aut inpune eripi posse.

f. 221 b Iniuriosum vero dictum || apud eundem ciceronem quaeso eruci ut hoc in bonam partem accipias si tibi natura non dedit ut patre certo nascerere ex quo intellegere possis quia animus inheros esset.

Epidiorthosis latine superioris rei correctio ut apud ciceronem atque haec praeterea de me dixi ut mihi tuvero cum de se aeam dicerem egnoscerer.

Amphidiorthosis cum in medio dictum iam aliquid aspicere et item simili modo dicendum excusatione temperamus ut si contra libertinum dicam ignobili genere natum deinde subiciam haec non contumeliae gratia dixi neque exprobrandi animum dicam quod abiectis natalibus et sordida familia hic progenitus existimemur.

Ethopoeia data locutio certae personae ut illud est ciceronis in pisionem quid et cesar quod te supplicationes totiens decretae tot dierum tantopere delectant.

Proyopoeia est alicui rei inanimatae vel defunctae adcommodata locutio. Haec figura a superiori hoc difert quod in illa vox tantum viventibus datur in hac vero eis quae q. naturam vivendi non habent rei inanimatae ut apud ciceronem proprie

2. Aen. VII, 633.

4. Virg. Aen. II, 29.

5. Virg. Aen. I, 118.

9. Accusat. in Verr. lib. I, 4, 10. transposui *nec* particulam.

Schemata dianoeas quae ad rhetores pertinent.

Energia est imaginatio, quae actum incorporeis oculis subicit et fit modis tribus: persona, loco, tempore. Persona, cum absentem alloquimur quasi praesentem. Vergilius *Nec tu carminibus nostris indictus abibis, Oebale*. Loco, cum [eum] qui non est in conspectu nostro tanquam videntes demonstramus, ut *Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles*. Tempore, cum praeterito utimur quasi praesenti, ut *Apparent rari nantes in gurgite vasto*.

Diorthosis, quae latine correctio nominatur, cum dicturi aliquid, quod arrogans aut iniuriosum esse videatur, praemissa praefatione mollimus. Arrogans, ut est apud Ciceronem *Metuo, ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere: nec actor quidem is, cui reus tam perditus, tam convictus aut occulte subripi aut inpune eripi possit*. Iniuriosum vero dictum apud eundem Ciceronem *Quaeso, Eruci, ut hoc in bonam partem accipias — Si tibi natura non dedit, ut patre certo nascerere, ex quo intellegere posses, qui animus in liberos esset*.

Epidiorthosis, latine superioris rei correctio, ut apud Ciceronem *Atque haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret*. 15

Amphidiorthosis, cum in * medio dictum iam aliquid aspere et item simili modo dicendum excusatione temperamus, ut si contra libertinum dicam ignobili genere natum, deinde subiciam *Haec non contumeliae gratia dixi neque exprobrandi causa. * attamen dicam, quod abiectis natalibus et sordida familia hic progenitus existimetur*.

Ethopoeia, data locutio certae personae, ut illud est Ciceronis in Pisonem *Quid est, Caesar, quod te supplicationes totiens decretae tot dierum tantopere delectant*. 20

Prosopopoeia est alicui rei inanimatae vel defuncto adcommodata locutio. Haec figura a superiori hoc differt, quod in illa vox tantum viventibus datur, in hac vero eis, quae quasi naturam vivendi non habent. Rei inanimatae, ut apud Ciceronem patria

11. pro Rosc. Amer. 16, 46. Cicero *fortuna dixit pro natura et plenius animus patrius*.
14. pro Ligar. 3, 8.
20. in Pison. 25, 59.
24. in Catil. I, 7, 18.

loquitur nullum iam aliquod annis facinus extitet nisi per te. defuncti mulier quid tibi cum caelio quid cum homine aduliscentulo quid cum alieno.

Epimone est latinae repetitio crebra sententiae. Cicero quousque tandem abutere catilina patientia nostra quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet quem ad finem sese effrenata iactavit audacia. Vides tria uno sensu esse conclusa.

Epembasis est latine quod iteratio nuncupamur. Cicero nunc vero sicuti sunt sui comites si ex urbe exierint disperatorum hominum flagitiosi gregis.

Epitrochasmus est contram orationis figura quoniam breviter et subcincte ea quae sunt dicenda perstringit. Cicero quid ego de signis turibulis faleris loquar.

Characterismus est quod latine informatio vel discriptio appellatur. Cicero videtis illum subscripo capillum nigrum.

f. 214b Topografia || est loci discriptio ut apud ver. Est locus italiae medius sub montibus a sancti valles.

Topothesia est loci positio cum describitur locus qui non est sed fingitur ut est in secesso longo locus.

Anacefaleusis latine recapitulatio ut tullius in celina facit in epelosis cuius prima aetas dedita disciplinis fuit his quae artibus instruitur ad hunc usum forensem et cetera. Revocat iudici vel laudatur in memoriam quae latius dixerat.

Metastasis est cum rem a nobis alios transferemus. Cicero ne non ista mea quaerites culpa sed temporum.

Afexeresis est latine exceptio quando aliquid a generali complexione distinguimus qualis est illa exceptio Ciceronis minus me commovit hominis summa auctoritas in hoc uno genere dumtaxat nam in eteris aegregiae commovit.

Efexegesis est explanatio dicti superioris verg nos et sequitur tua progenies.

Etiologia est cum causam alicuius rei et rationem subicimus ut est apud ciceronem pro ruscio ita fit ut adsint propterea quod officio sequantur taceant autem ulcirco quia periculum vitant.

Leptologia est qua in discriptionibus tenuissimis utimur ut apud Ciceronem reticulumque siui ad nares admonebat tenuissimum lino minutissimis neaculis plenum rore.

Idea est cum specie rei futurae vel oculis offerentes moto animo concitamus. Cicero videor mihi videre hanc urbem lucis orbis terrarum atque arcem omnium gentium subito una incendio concidente.

1. Cic. pro Cael. 14, 33.
3. in Catil. I, 1, 1.
6. in Catil. II, 5, 9.
10. Accus. in Verr. lib. II, 44, 108.
12. Aen. VII, 563.
14. Virg. Aen. I, 159.

loquitur *Nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te. Defuncti: Mulier, quid tibi cum Caelio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno?*

Epimone est latine repetitio crebra sententiae. Cicero Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Vides tria uno sensu esse conclusa. 5

Epembasis est, latine quod iteratio nuncupatur. Cicero Hunc vero si secuti erunt sui comites, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges.

Epitrochasmus est contraria orationis figura, quoniam breviter et subcincte ea quae sunt dicenda perstringit. Cicero Quid ego de signis, turibulis, phaleris loquar?

Characterismus est, quod latine informatio vel descriptio appellatur. Cicero Vide- 10

tis illum subcrispo capillo, nigrum. . . .

Topographia est loci descriptio, ut apud Vergilium Est locus Italiae medius sub montibus altis — Amsancti valles.

Topothesis est loci positio, cum describitur locus, qui non est, sed fingitur, ut Est in secessu longo locus. 15

Anacephalaeosis latine recapitulatio, ut Tullius in Caeliana facit in epilogo Cuius prima aetas dedita disciplinis fuit hisque artibus [quibus] instruimur ad hunc usum forensem et cetera. Revocat iudici vel auditori in memoriam, quae latius dixerat.

Metastasis est, cum rem a nobis alio transferimus. Cicero Non ista mea culpa, Quirites, sed temporum. 20

Hypexaeresis est latine exceptio, quando aliquid a generali complexione distinguimus, qualis est illa exceptio Ciceronis: Minus me commovit hominis summa auctoritas in hoc uno genere dumtaxat, nam in ceteris egregie commovit.

Epexegetis est explanatio dicti superioris. Vergilius nos et sequitur tua progenies.

Aetiologia est, cum causam alicuius rei et rationem subicimus, ut est apud Ci- 25

ceronem pro Roscio Ita fit, ut adsint propterea, quod officium sequuntur, taceant autem idcirco, quia periculum vitant.

Leptologia est, qua in descriptionibus tenuissimis utimur, ut apud Ciceronem Reticulumque sibi ad nares admovebat tenuissimo lino, minutissimis maculis, ple- 30

num rosae.

Idea est, cum speciem rei futurae velut oculis offerentes moto animo concitamus. Cicero Videor mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem.

16. pro Cael. 30, 72.

19. in Catil. II, 2, 3., ubi hodie est *non est ista mea culpa, sed temporum.*

24. Aen. I, 250. *nos, tua progenies.*

26. pro Rosc. Amer. 1, 2.

28. Accusat. in Verr. lib. V, 11, 27., ubi scriptum est *minutis.*

31. in Catilin. IV, 6, 11.

Anasagoge contradictio apud ciceronem ut est bonus imperator et felix et ad dubia reipublice praetempora reservandus.

Anthypofora est fere superiori similis quae proponet quaestionem ad adversariis inlatam ut apud ciceronem verrem sobicit magno inquit decumus vendidi.

Erotesis est opposita a contrario interrogatio. Fuisti igitur apud legem illam nocte catilina distribuisti partes italiae.

Percontatio est quae alterius personae responsum non admittit ut est illud terentii tace tu . ego te intra omnes homines infirmum puto.

Coenonia est communicatio consilii vel cum auditoribus vel cum ipso adversario Cicero nunc ego iudices iam vos consolo quid mihi faciendum putetis.

Hyperthesis est cum aliquam rem opinione omnium nota sententia nostra exsuperare volumus ut est illud ciceronis. scelus est accipere a reo pecuniam quanto magis ab accusatore. Haec et et auxeris dicitur.

Sinchoresis est concessio rei alicuius ut apud virg^l esto cassandre impulsus fugis. Cicero do tibi hoc concedo tibi et remitto.

Syneregis est quae collatio dicitur cum comparisonem quadam iustiore causam nostram quam adversarii demonstramus ut cicero in resciona Ego contra brevem postulationem adfero et commodo mihi persuadeo || aliquanto velociorem.

Exetasmos est exquisitio cum res complures divisas cum interrogatione exquirentes singulis quae conveniunt adplicamus ut Cicero quid tandem te inpedit mosne maiorum ad persepe etiam privati in hac re prae perniciosum hostim mortim ultra sunt aut legeracetera.

Paralypsis praeteritio virg^l quid repetam exustas erecinnu in litore classes. Cicero praemitto ruinas furtunarum tuarum.

Aposiopesis est in qua supraemimus ea quae dicturi videtur ad aliud properantes virg^l quos ego sed motus praestat componere fluctus.

Eclipsis defectus. verg^l haec secunda est loquitur.

Diaporesis addubitatio aliquarum difficultatum dum nos volumus videre dubitari Cicero quo me vertam nescio.

Diaforesis differentia persona personarum. Cicero in philippicis . ille sensim dicebat quae ad causam adinebant; tu currens indicias alienam.

-
3. Accusat. in Verr. lib. III, 16, 40.
 5. in Catil. I, 4, 9.
 7. Eunuch. III, 2, 35. *tace tu; quem ego infra esse infimos omnis puto homines.*
 10. Action. in Verr. 11, 32.
 14. Aen. X, 68.
 17. pro Rose. Amer. 2, 7. Cicero *aliquanto aequiorem* praebet.
 20. in Catil. I, 11, 28. In Ciceronis libris extat *perniciosos cive morte multaverunt. an leges.*

Antisagoge, contraria inductio. Apud Ciceronem *Ut est bonus imperator et felix et ad dubia reipublicae tempora reservandus.*

Anthypophora est fere superiori similis, quae proponit quaestionem ab adversariis inlatam, ut apud Ciceronem Verres subicit *Magno, inquit, decumas vendidi.*

Erotesis est opposita a contrario interrogatio. *Fuisti igitur apud Laecam illa 5 nocte, Catilina; distribuisti partes Italiae.*

Percontatio est, quae alterius personae responsum non admittit, ut est illud Terentii *Tace tu: ego te infra omnes homines infimum puto.*

Coenonia est communicatio consilii vel cum auditoribus vel cum ipso adversario. Cicero *Nunc ego, iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.* 10

Hyperthesis est, cum aliquam rem opinione omnium notam sententia nostra exsuperare volumus, ut est illud Ciceronis: *Scelus est accipere a reo pecuniam, quanto magis ab accusatore.* Haec et *epauxesis* dicitur.

Synchoresis est concessio rei alicuius, ut apud Virgilium *Esto: Cassandrae impulsus furiis.* Cicero *Do tibi hoc, concedo tibi et remitto.* 15

Syncrasis est, quae collatio dicitur, cum comparatione quadam iustio rem nostram quam adversarii demonstramus, ut Cicero in Rosciana *Ego contra brevem postulationem adfero et, quomodo mihi persuadeo, aliquanto velociorem.*

Exetamos est exquisitio, cum res complures divisas cum interrogatione exquirentes singulis quae conveniunt adplicamus, ut Cicero: *Quid tandem te impedit? mosne maiorum? at persaepe etiam privati in hac re publica perniciosum hostem morte multarunt. aut leges ac cetera.*

Paralipsis, praeteritio. Virgilius *Quid repetam exustas Erycino in litore classes.* Cicero *Praetermitto ruinas fortunarum tuarum.*

Aposiopesis est, in qua suppressimus ea, quae dicturi videmur, ad aliud pro-25 perantes. Virgilius *Quos ego — sed motos praestat componere fluctus.*

Eclipsis, defectus. Vergilius *haec secum. deest loquitur.*

Diaporesis, addubitatio, aliqua cum difficultate dum nos volumus videri dubitare. Cicero *Quo me vertam nescio.*

Diaphoresis, differentia personarum. Cicero in Philippicis *Ille sensim dicebat, 30 quae ad causam adtinebant, tu currens dicis aliena.*

23. Aen. X, 36.

24. in Catil. I, 6, 14.

26. Aen. I, 135.

27. Aen. I, 41.

29. pro Cluentio §. 4.

30. Philipp. II, 17, 42., ubi scriptum est *Ille sensim dicebat, quod causae prodesset: tu cursim dicis aliena.*

Diasyrmos est delusio vel detractio cum inludentes ea quae adversarii sunt prolata dissolvimus. ut est pro morena in sulpicio de iure civili in quo mihi videris istam iuris scientiam tanquam filiolam cūplecti tuā.

Paronomoria est denominatio quae similitudinem verbis conlectit se auditoris affectum. Cicero in invectivis qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exito cogitans et terentius nam increpatio est amantium aut amentium.

Diatyposis est ubi rebus personisvae fite subiecta est forma ipsius et habitu exprimemus. Cicero nonne vobis haec quae audistis cernere oculis videmini non positas insidias non impetum repentinum non versatur ante oculos in caede clauca.

Sinathroesmos hoc scema inter violentissimas figuras accipitur ubi multas res et multa crimina in unum contrahimus ut cicero in meloniana occidi non spurium melium sed melius cōculus necessarium strupum in pulvinaribus sanctissimis comperitum est.

Procalipsis est praesumptio eorum qui cum invidia adversarius dicturus est. Cicero habes igitur confitentem reum.

Erotema est interrogatio ubi aliquid interrogando exacervamus et augemus rei invidiam hoc modo fuisti apud legam dixisti cocumque proficisci placeret. Haec si sine interrogatione dicantur minus invidiose proferuntur.

Pysma est percontatio ubi tantum una voce vel a negante vel a confitente respondetur ut terentius quid meritis crucem Insuper io vero fit ora pluribus respondemus.

Parison est adsimilatio sententiae membrum non dissimilibus plerumque et plerumque paribus et contrarius constans. Cicero per cliventio etenim sicut aliis in locis firmamenti et parum virium veritas habet sic hoc loco falsa invidia innulla esse debet.

Exallage est figuram quae fit iam per generis inmutationem aliter qui usus habet ut virg douritusq^h sequi lepores, cum sit lepus gen fem aut per genera verborum f. 222 a cum || passivis pro activis utimur ut cicero punitus inimicum pro pomuit vel activis pro passivis ut virg miscitque viris neque cernitur ulli pro miscitur aut per numeros ut idem verg hic illius arma hic cursus fuit aut cum alia res pro altera vel ipsa per se ponitur ut saucius pectus id est saucium pectus habens.

2. pro Muren. 10, 23. *quoniam mihi videris istam scientiam iuris tanquam filiolam osculari tuam.*
5. in Catil. I, 4, 9.
6. Andr. I, 3, 13. *nam inceptiost amentium, haut amantium.*
8. pro Rosc. Amer. 35, 98.
11. pro Milone 27, 72. *cuius nefandum adulterium in pulv. sanct. nobilissimae feminae comprehenderunt.*
14. pro Ligar. 1, 2.
17. in Catil. I, 4, 9.

Diasyrmos est delusio vel detractatio, cum invidentes ea quae ab adversariis sunt prolata dissolvimus, ut est pro Murena in Sulpicium de iure civili *In quo mihi videris istam iuris scientiam tanquam filiolum complecti tuam.*

Paronomasia est denominatio, quae similitudinem verbi confectit ad auditoris affectum. Cicero in invectivis *Qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent* et Terentius *Nam increpatio est amentium, haud amantium.* 5

Diatyposis est, ubi rebus personisve figura subiecta est formam ipsam et habitum exprimens. Cicero *Nonne vobis haec quae audistis cernere oculis videmini — non positas insidias? non impetum repentinum? non versatur ante oculos in caede Glaucia?*

Synathroesmos. hoc schema inter violentissimas figuras accipitur, ubi multas res et multa crimina in unum contrahimus, ut Cicero in Miloniana *Occidi non Spurium Maelium — sed eum, cuius nefarium stuprum in pulvinaribus sanctissimis compertum est.*

Procatalepsis est praesumptio eorum, quae cum invidia adversarius dicturus est. Cicero *Habes igitur confidentem reum.* 15

Erotema est interrogatio, ubi aliquid interrogando exacerbamus et augemus rei invidiam, hoc modo *Fuisti apud Laecam — dixisti, quo quemque proficisci placeret?* Haec si sine interrogatione dicantur, minus invidiose proferentur.

Pysma est percontatio, ubi tantum una voce vel a negante vel a confitente respondetur, ut Terentius *Quid meritis? crucem.* In superiore vero figura pluribus respondemus.

Parison est adsimilatio sententiae membrum non dissimilibus plerumque et plerumque paribus et contrariis constans. Cicero pro Cluentio *At enim sicut aliis in locis [parum] firmamenti et parum virium veritas habet, sic hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet.* 25

Enallage est figura, quae fit aut per generis immutationem aliter quam usus habet, ut Virgilius *Auribusque sequi lepores,* cum sit *lepus* generis feminini, aut per genera verborum, cum passivis pro activis utimur, ut Cicero *Punitus es inimicum* pro *punitivisti,* vel activis pro passivis, ut Virgilius *Miscetque viris neque cernitur ulli* pro *miscetur,* aut per numeros, ut idem Vergilius *Hic illius arma, hic currus fuit,* aut cum alia res 30 pro altera vel ipsa per se ponitur, ut *saucius pectus,* id est saucium pectus habens.

19. Andr. III, 5, 15. P. *quid meritis?* E. *crucem.*

22. c. 2, 5.

27. Georg. I, 308.

28. pro Milon. 13. *cuius tu inimicissimum — punitus es.*

29. Aen. I, 440., at ibi praecedit *infert se.*

30. Aen. I, 16.

31. Virg. Aen. XII, 5.

Metabola est iteratio unius rei sub varietate verborum verg sternit agros sternit sateleta bonumque labores. Cicero magnum crimen ingens pecunia furtum impudens iniuria non ferenda.

Epadonus repetio eorum quae iuncta diximus ut verg epitus at pelias mecum quorum epitus aevo iam gravior pelias et vulnere tardus olixis.

Paroprosdocima est inopinatus exitus id est cum aliud proponitur et aliud concluditur ut cicero in verrinis. Qui iudicia manere apud ordinem senatorium quaeruntur accusatores se idoneos non habere qui accusare possint iudiciorum severitatem desiderant. Et ideo inopinatus hic exitus et omnino dolosus est qui magis iratoribus patet sed et in bono plerumque ponitur.

Tautempgia eiusdem verbi aut sermonis iteratio quae et epenipsis dicitur non solum igitur illud iudicium iudicii simile non fuit iudices.

Macrologia longior quam oportet sermo ut apud livium legati non impetrata pace retro unde venerant domum reversi. Huic vicina perifrasis virtus habetur ploenasmos vitium cum supervacuis verbis oratio hercit. ego oculis meis vidi nam illud vocem quae ibis auribus ausi adfirmativae dictum est.

Tapinosis est quae rei magnitudo vel nigris tenebrosae ex hoc in profundum missa est.

Epitheton est appositum a nonnullis consequens dicitur eo poetae frequentius et liberius utuntur. namque illis sat est convenire id verbo cui adponitur itaque et dentes albus et humida vina dicimus in his non reprehendas apud oratores nisi aliquid efficit in praeredundatum autem efficit cum sine illa id qui dicitur minus est qualia sunt o scelus abominandum o deformem libidinem. Apponuntur autem non singula tantummodo sed etiam plura verba apponi solent ut coniugio anchisa veneris dignate superbo. Sunt qui hunc tropum negant quia nihil vertat sed id qui est appositum si a proprio dividas per se nihil significat et facit antonomasian si dicis ille ille qui chartaginem et nomantiam evertit erit antonomasia diceris scipio erit appositum.

Periergia supervacua operositas ut a diligenti curiosus et a religione superstitio distat qui necdum intellectum adjuvat nec ornatum.

1. Aen. II, 306.
3. Aen. II, 435., ubi *Iphitus* scriptum est. *Epytum* Virgilio reddidit Heinsius Aen. II, 340. V, 547. et 579.
6. Divinat. in Caecil. 3, 8.
12. Cicero pro Cluentio 35, 96. *non fuit igitur illud iudicium iudicii simile, iudices, non fuit.*
13. Cf. Spalding. in Quint. VIII, 3, 53.

sbom *Metabole* est iteratio unius rei sub varietate verborum. Vergilius *Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores.* Cicero *Magnum crimen, ingens pecunia, furtum impudens, iniuria non ferenda.*

Epanodus, repetitio eorum, quae iuncta diximus, ut Vergilius *Epytus et Pelias mecum: quorum Epytus aevo iam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixis.* 5

Paraprosdocimia est inopinatus exitus, id est cum aliud proponitur et aliud concluditur, ut Cicero in Verrinis *Qui iudicia manere apud ordinem senatorium [colunt], queruntur accusatores se idoneos non habere; qui accusare possunt, iudiciorum severitatem desiderant.* Et ideo inopinatus hic exitus et omnino dolosus est, quia magis iratis oratoribus placet: sed et in bono plerumque ponitur. 10

Tautologia, eiusdem verbi aut sermonis iteratio, quae et epanalepsis dicitur. *Non solum igitur illud iudicium iudicii simile non fuit, iudices.*

Macrologia, longior quam oportet sermo, ut apud Livium *Legati non impetrata pace retro, unde venerant, domum reversi.* Huic vicina *periphrasis* virtus habetur. *Pleonasmos* vitium, cum supervacuis verbis oratio exit. *Ego oculis meis vidi.* Nam 15 illud *Vocemque his auribus hausi* adfirmative dictum est.

Tapinosis est, qua rei magnitudo vel [dignitas minuitur]

Epitheton est appositum; a nonnullis consequens dicitur. Eo poetae frequentius et liberius utuntur. namque illis sat est convenire id verbo cui adponitur. Ita-20 que et *dentes albos* et *humida vina* dicimus, quod in his non reprehendas. Apud oratores, nisi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, cum sine illo id quod dicitur minus est, qualia sunt *O scelus abominandum, o deformem libidinem.* Apponuntur autem non singula tantummodo, sed etiam plura verba apponi solent, ut *Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.* Sunt qui hunc tropum negent, quia nihil 25 vertat. Sed id quod est appositum, si a proprio dividas, per se nihil significat et facit antonomasian. Si dicis *ille, ille qui Carthaginem et Numantiam evertit*, erit antonomasia: adieceris *Scipio*, erit appositum.

Περίεργία, supervacua operositas, ut a diligenti *curiosus* et a religione *superstitio* distat, quod nec intellectum adiuvat nec ornatum. 30

16. Virg. Aen. IV, 359.

21. *humida vina* dixit Virg. Georg. III, 364.

22. Cf. Quintil. VIII, 6, 40.

25. Virg. Aen. III, 475.

27. Cf. Quintil. VIII, 6, 43.

29. Cf. Quintil. VIII, 3, 55.

Cacozelon mala affectatio id est per omne dicendi genus peccat net tumeda et pusilla et praedulcia et habundantia et arcessita et exultantia sub idem nomen adunt. Denique cacozelon vocatur quidquid est ultra virtutem quotiens ingenium iudicio caret et spes boni fallitur.

f. 222 b Sardismos dici quaedam mixta exua narratione linguaroratio || ut si atticis doricacolicaiadicus confundas apud nos si quid sublimia humilibus vetera nobis poetica vulgaribus misceat.

Anoecometon qui male dispositum est scheamastiteon qui male figuratum cacosintheon qui male collatum.

Omoeidia que nulla vanitatis gratia levat tedium atque est tota coloris unius quam maxime reprehenditur carens arte oratio.

Braciologua cum plura paucis amplectimur sallustius metridates corpore ingenti perinde armatos hoc male imitantes sequitur obscuritas.

Emphasis est inana praedictae sed huius amplior virtus est aptiorem praebens intellectum quamquam verba per se ipsa declarant. Eius duae sunt species altera quae plus significat qui dicit altera quae et id qui non dicit. Priorem et apud homorum cum menelaus graius in aequum descendisset aut nam verbo uno magnitudine eius ostendit aut apud virg demissa lapsi per funem nam sic quoque demonstrata est altitudo. Idem cyclopa cum iacuisse dixit per antrum prodigiosum illud corpus spatio luci mensus est. sequens positum inopocemam omnino supra erat aut etiam abscisa subpremitus vox ut fecit per legario cicergo cicero quasi in tanta fortuna bonitas stuta non esse qui si in tanta fortu per te iniquoptines intellego quid loquar tacuit in illud que nichilominus accipimur non dehesse homines qui ad crudelitatem eum impellant absciditur per aposiopesin. Sed quid opus est verbis sed motus praestat componere fluctus. Est in vulgarivus quoque inphasis verum esse oportet homo est ille. vivendum est adeo similis est arti plerumque natura.

Epiponima est acclamatio post narratam rem aut probatam quorum igitur impunitas laus est clementie tue eorum ad credulitatem acuit uratio et apud virg tante olis erat romanam condere gentem.

1. Cf. Quintil. VIII, 3, 56.
5. Cf. Quintil. VIII, 3, 59. 60., ubi Zumptius *σαρισμός* pro vulg. *κοινομός* restituit.
8. Cf. Quintil. VIII, 3, 59.
10. Cf. Quintil. VIII, 3, 52.
12. Cf. Quintil. VIII, 3, 82. Sallustii est fragmentum ex historiis.
14. Cf. Quintil. ibid.
16. Ulixis sunt verba ad Achillem in inferis Odys. XI, 522.

Κακόζηλον, id est mala affectatio. per omne dicendi genus peccat. nam et tumida et pusilla et praedulcia et abundantia et accessita et exultantia sub idem nomen cadunt. Denique *κακόζηλον* vocatur, quidquid est ultra virtutem, quotiens ingenium iudicio caret et specie boni fallitur.

Σωρισμός dicitur quaedam mixta ex varia ratione linguarum oratio, ut si Atticis Dorica, Aeolica Ionicis confundas. Apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera novis, poetica vulgaribus misceat.

Ἀνοικονόμητον, quod male dispositum est; *ἄσχημάτιστον*, quod male figuratum; *κακοσύνθετον*, quod male collocatum.

Ὁμοιολογία, quae nulla varietatis gratia levat taedium atque est tota coloris unius, qua maxime deprehenditur carens arte oratio.

Βραχυλογία, cum plura paucis complectimur. Sallustius *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus*. hoc male imitantes sequitur obscuritas.

Ἐμφασίς est vicina praedictae, sed huius amplior virtus est, altio rem praebens intellectum, quam quem verba per se ipsa declarant. Eius duae sunt species: altera, 15 quae plus significat quam dicit; altera, quae et id quod non dicit. Prior est et apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum descendisse ait — nam verbo uno magnitudinem eius ostendit — et apud Virgilium *demissum lapsi per funem*: nam sic quoque demonstrata est altitudo. Idem Cyclopa cum *iacuisse dixit per antrum*, prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. Sequens posita est in voce aut omnino sup-20 pressa aut etiam abscisa. Subprimitur vox, ut fecit pro Ligario Cicero *Quodsi in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quam tu per te, per te, inquam, obtines (intellego quid loquar)*. tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum inpellant. Absciditur per aposiopesin. *Sed quid opus est verbis. Sed motos praestat componere fluctus*. Est in vulgaribus quoque 25 emphasis: *virum esse oportet: homo est ille: vivendum est*. Adeo similis est arti plerumque natura.

Epiphonema est acclamatio post narratam rem aut probatam. *Quorum igitur impunitas laus est clementiae tuae, eorum ad crudelitatem acuit oratio*. Et apud Virgilium *Tantae molis erat Romanam condere gentem*. 30

18. Aen. II, 262.

19. Aen. III, 631.

21. pro Ligar. 5, 15.

24. Prius est in declamat. in Sallust. 4, 18., alterum Virgilii Aen. I, 135.

28. Cf. Quintil. VIII, 5, 10. 11. Prior locus est in Cic. Ligar. 4, 10. *quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio*.

30. Aen. I, 33.

Phantasia in conspiciendis visionibus.

Exergasia in efficiendo velut opere proposito.

Epexergasia repetio probationis.

Climax est gradatio cum ab eo quo sensus superior terminatur inferior incipit ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur ut est illud Africani. Ex innocentia nascitur dignitas ex dignitate honor ex honore imperium ex imperium libertas. Hanc figuram nonnulli catenam appellant propter quod aliud in alio quasi nectitur nomine atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc scema non solum in singulis verbis sed etiam in contextione verborum ut apud Gracchum: Pueritia tua adulescentiae adolescentia senectuti dedecoramentum senectus reipublicae flagitium. Sic et apud Scipionem eus adque mentum gratis coactus cum illo sponsonem feci facta sponsonem ad iudicem adduxi adductum primo coetu damnavi damnatu ex voluntate dimisi.

f. 223 a Antitheca quae latine contrapositione appellantur quaedam ex adversa || ponuntur sententiae pulchritudinem faciunt ut cicero ex hac parte pudor pugnat illic petulantia hinc pudicitia illinc strupum hinc fides illinc fraudatio hinc pietas illinc scelus hinc constantia illinc furor hinc onestas illinc turpitudine hic continentia illinc libido hinc denique aequitas temperantia fortitudo prudentia virtutes omnes certant cum iniquitate luxuria ignavia temeritate cum vitiis omnibus postremo cum egestate bona ratio, cum perdita mens sana cum amentia bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit in huiusmodi certamine hac praelio huiusmodi contra malum bonum et contra mortem vitam si contra piium peccator et sic intuere in omnia opera altissimi bina et bina unum contra unum.

Sinonima est quotiens inconexa oratione pluribus verbis unam rem significamus ut ait cicero nihil agis nihil moliris nihil cogitas et item non feram non patiar non sinam.

Epanados qua regressionem nostri vocant principium dignitas erat paene par non par fortasse eorum quae sequebatur.

Antipodosis quotiens media primis et ultimis conveniunt usum iam hoc factum reprehendo patres conscriptio non eum sed usum ac pulcerrimum quidem factum verum ut dixi non meum sed usum.

1. Cf. Quintil. VIII, 3, 88.

4. Cf. Isidor. II, 21, 4.

14. Cf. Isidor. II, 21, 5.

15. Cicer. in Catil. II, 11, 25.

Φαντασία in concipiendis visionibus, *ἔξεργασία* in efficiendo velut opere proposito, *ἐπεξεργασία*, repetitio probationis.

Climax est gradatio, cum ab eo, quo sensus superior terminatur, inferior incipit ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur, ut est illud Africani *Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas*. Hanc figuram nonnulli catenam appellant, propterea quod aliud in alio quasi nectitur nomine atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contextione verborum, ut apud Gracchum *Pueritia tua adulescentiae [inhonestamentum fuit], adulescentia senectuti dedecoramentum, senectus reipublicae flagitium*. Sic et apud Scipionem *Vitae atque ingratis coactus cum illo sponsionem feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo coetu damnavi, damnatum ex voluntate dimisi*.

Antitheta, quae latine contrapositione appellantur; quae, dum ex adverso ponuntur, sententiae pulchritudinem faciunt et ornamenta locutionis decentissima exhibent, ut Cicero *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudine; hinc continentia, illinc libido; hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus; postremo [copia] cum 20 egestate, bona ratio cum perdita; mens sana cum amentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione configit. In huiusmodi certamine ac praelio. Huiusmodi [locutionis ornamento liber Ecclesiasticus usus est, dicens]: *Contra malum bonum et contra mortem vita: sic contra piū peccator: et sic intueri in omnia opera altissimi: bina et bina, unum contra unum.* 25*

Synonymia est, quotiens in connexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas*. Et item *Non feram, non patiar, non sinam*.

Epanodos, quam regressionem nostri vocant. *Principum dignitas erat paene par; non par fortasse eorum, qui sequebantur*. 30

Antapodosis, quotiens media primis et ultimis conveniunt. *Vestrum iam hoc factum reprehendo, patres conscripti, non meum, sed vestrum ac pulcherrimum quidem factum, verum, ut dixi, non meum, sed vestrum*.

23. Ecclesiast. 33, 15.

27. Catilin. I, 3, 8. 5, 10.

29. pro Ligari. 6, 19.

31. Isidor. II, 21, 8.

Paradiastole est quotiens id quod dicimus interpretatione discernimus cum te pro astuto sapientem appellas.

Antanaclausis est quae eodem verbo contrarium exprimit sensum. quaerebatur quidam de filio cum mortem suam expectaret respondente non expecto immo peto inquit ut expectes.

Antimetabone est conversio verborum quae hordine mutato contrarium efficit sensum non ut edam vivo sed ut vivam edam et illud si consulant antonius brutus hostis si conservatur reipublicae brutis hostis antonius brutus.

Exocens est ut quis eos appellavit appius quis produxit appius.

Nunc figuras sententiarum quas opere pretium si cognoscere persequemur.

Sentia est dictum inpersonale ut obsequium amicos veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta crian erit ita offendit achillis agamemnonem vera dicendo me trofamis promeruit gratiam mitridatus obsequendo. Nam inter crian et sententiam hoc interest quod sententia sine persona profertur crian si detrahatur fit sententia qui nonosis dicitur communicatione consilii cum iudicibus aut adversariis ut si dicas vos consolo iudices aut vos adversarii inopinatum aliquid accidisse ut flacco cicero cuius laudis praedicator esse debuerit eius periculi depraedicatorem esse factum.

Epitrope id est permissio cum aliqua ipsis iudicibus aut adversariis permittimus extimanda ut calvus in vaticinio perfriga frontem et digna digniorem qui praetor fieres quam cantonem.

Parisia est oratio libertatis et fiduciae plena ut occidi non spurium melium et cetera qua figura caute utendum est ut cicero praemisit enim factionem.

Etopopeia est cum sermonem ex alia persona inducimus ut pro celio tullius facit appium caecum cum clodia loquentem.

f. 223 b

Metathesis est quae mittit || mentes ad spectaculum expugnatae miserae civitatis et videre vos credite incendia caedes rapinas direptiones liberorum captivitates matronarum trucidationes senum. In futuram autem anticipatio eorum quae dicturus est adversarius ut tullium

1. Cf. Rutil. Lupus p. 15. Quintil. IX, 3, 65. Kiesslingius pone Lycurgi fragm. p. 251.
4. Cf. Rutil. Lupus p. 18. Quintil. IX, 3, 68. Isidor. II, 21, 10.
6. Cf. Spalding. in Quintil. IX, 3, 85.
8. Cicer. orat. Philipp. IV, 3, 8.
10. Symplocen dixit Aquila §. 36.
11. Terent. Andr. I, 1, 41.
12. Cf. Isidor. II, 11, 1. 21, 14.

Paradiastole est, quotiens id quod dicimus interpretatione discernimus: *Cum te pro astuto sapientem appellas.*

Antanaclasis est, quae eodem verbo contrarium exprimit sensum. Querebatur quidam de filio, cum mortem suam expectaret, respondente: *Non expecto, immo peto, inquit, ut expectes.* 5

Antimetabole est conversio verborum, quae ordine mutato contrarium efficit sensum. *Non ut edam vivo, sed ut vivam edo.* Et illud: *Si consul Antonius, Brutus hostis: si conservator reipublicae Brutus, hostis Antonius.*

Exoche est; ut *Quis eos appellavit? Appius. quis produxit? Appius.*

Nunc figuras sententiarum, quas operae pretium est cognoscere, persequamur. 10

Sententia est dictum impersonale, ut *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

Huic si persona fuerit adiecta, *chria* erit, ita: *offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo: Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo.* Nam inter *chriam* et *sententiam* hoc interest, quod *sententia* sine persona profertur, *chriae* si detrahatur, fit *sententia.* 15

Koenosis dicitur communicatio consilii cum iudicibus aut adversariis, ut si dicas *Vos consulo, iudices, aut vos, adversarii.*

[*Paradoxon* est, cum dicimus] inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero *Cuius laudis praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatores esse factum.*

Epitrope, id est permissio, cum aliqua ipsis iudicibus aut adversariis permit- 20 timus existimanda, ut Calvus in Vatinium *Perfrica frontem et dic te digniorem, qui praetor feres, quam Catonem.*

Parrhesia est oratio libertatis et fiducia plena, ut *Occidi non Spurium Maelium et cetera.* qua figura caute utendum est, ut Cicero. praemisit enim facti rationem.

Ethopoeia est, cum sermonem ex alia persona inducimus, ut pro Caelio Tullius 25 facit Appium Caecum cum Clodia loquentem.

Metathesis est, quae mittit [animos iudicum in res praeteritas aut futuras, ut *Revocate] mentes ad spectaculum expugnatae miserae civitatis et videre vos credite incendia, caedes, rapinas, direptiones liberorum, captivitates matronarum, trucidationes senum.* In futuram autem anticipationem eorum, quae dicturus est adversarius, ut 30

16. Cf. Isidor. II, 21, 28.

18. Cf. Isidor. II, 21, 29.

21. Cf. Quintil. IX, 2, 25. Isidor. II, 21, 30. Weichert. Poetar. reliqu. p. 113.

23. Cic. pro Milon. 27, 72.

25. Cf. p. Cael. 14, 33.

27. Cf. Isidor. II, 21, 34.

pro milone committit amicos iudicium in eum reipublicae statum futurus est etiam si occisio milone clodius viveret.

Aposiopesis est cum id quod dicturi videbamus silentio intercipimus ut quos ego sed motos praestat componere fluctus.

Epalemsis est — — dicendi et dignitas rerum paulo longius quam volebam sed redet causam.

Anamisis est commemoratio eius rei quod oblitus fuisse nos fingimus ut — —

Aparisis est cum id quod in animos iudicum quasi deposueramus oportunae repositimus.

Etheologia est cum promes aliquid eiusque causam et rationem reddimus.

Characterismos est discriptio figurae alicuius expressa ut omnia mercurio similis vocemque coloremque et crines flavos et membra decora iuventa.

Liaismos est cum plures sensus breviter expeditos in unum locum coacervat et cum quadam festivitate decurrit ut cicero rempublicam quirites vitamque omnium usum orum bona fortunas coniuges liberosque vestros et cetera.

Ironia est cum per simulationem diversum quam dicit intellegi cupit fit autem autem cum laudamus eum quem vituperare volumus Utriusque exemplum erit si dicas amato reipublicae catillinam hostem reipublicae scipionem.

Diasismos ea quae magna sunt vel minuit aut minima extollet.

Efron est quotiens in eodem sensum diutius emoratur. Cui tandem pepercit cuius amicitiae fidem custodivit, cui bono inimicus non fuit, quando non aut accusant aliquem aut verberavit aut prodidit.

Epangelia est promissio qua iudicem adtentum facimus pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos.

Prosepeia cum inanimalium et persona et sermo fingitur cicero in catilina et enim si mecum patria mea quae mihi vita mea multo est carior queretur dicens et cetera.

Paratisis est cum quasi deponimus aliquid infectum apud memoriam iudicum repetituros nos dicentes cum opportunum fuerit.

-
1. c. 33, 90.
 3. Virg. Aen. I, 135.
 5. Cf. Isidor. II, 21, 36.
 7. 9. Cf. Isidor. II, 21, 37. 38.
 13. Virg. Aen. IV, 508.

Tullius pro Milone, cum mittit animos iudicum in eum reipublicae statum, qui futurus est, etiamsi occiso Milone Clodius viveret.

Aposiopesis est, cum id quod dicturi videbamur, silentio intercipimus, ut *Quos ego — sed motos praestat componere fluctus.*

Epanalepsis est [digressio, ut: *Tulit calor me*] *dicendi et dignitas rerum paulo 5 longius quam volebam, sed redeo ad causam.*

Anamnesis est commemoratio eius rei, quam oblitos fuisse nos fingimus ut . . .

Apaetesis est, cum id, quod in animo iudicum quasi deposueramus, opportune repossimus. 10

Aetiologia est, cum proponimus aliquid eiusque causam et rationem reddimus.

Characterismos est descriptio figurae alicuius expressa, ut

Omnia Mercurio similis vocemque coloremque

Et crines flavos et membra decora iuventa.

Athroismos est, cum plures sensus breviter expeditos in unum locum coacervat 15 et cum quadam festinatione decurrit; ut Cicero *Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrorum, bona, fortunas, coniuges liberosque vestros* et cetera.

Ironia est, cum per simulationem diversum quam dicit intellegi cupit. Fit autem aut cum laudamus eum, quem vituperare volumus, [aut cum vituperamus, quem laudare volumus]. Utriusque exemplum erit, si dicas amatorem reipublicae Catilinam, 20 hostem reipublicae Scipionem.

Diasyrmos ea quae magna sunt verbis minuit aut minima extollit.

Epimone est, quotiens in eodem sensu diutius immoramur. *Cui tandem pepercit? cuius amicitiae fidem custodivit? cui bono inimicus non fuit? quando non aut accusavit aliquem aut verberavit aut prodidit?* 25

Epangelia est promissio, qua iudicem adtentum facimus pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos.

Prosopopoeia, cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in *Catilina: Etenim si mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior, loqueretur dicens et cetera.* 30

Paraetesis est, cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit.

16. in *Catil. III, 1, 1.*, ubi *vestrum* scriptum est.

18. cf. *Isidor. II, 21, 41.*

23. cf. *Isidor. II, 21, 43.*, ubi Otto figuram vocavit „*hyphe*“.

28. c. 11, 27. verba memoriter allata sunt.

31. cf. *Isidor. II, 21, 46.*, ubi Otto *parathesis* edidit.

Peusis soliloqui vel cum ad interrogata ipsi nobis respondimus.
 Sinerosis est cum deferrimus aliquid petentes aut aliud interim nos permittant dicere.

Diaporesi dubitatio est cum simulamus quaerere nos unde incipiendum dignitas minuitur ut saxea est verruga in summo montis verticae.

Milempsis est transmutatio quae ex alio tropio in alium viam praestat et rarissimus et inperuissimus gregis tamen frequenter quianatrum qui chiron est hippon et insulas oxias thoas dicunt ad nos quis ferat si verrem suae aut aelium catum doctum nominimus. Est enim haec in melimpisi natura ut inter id quae transfertur et in quo transfertur sit medius quidam gradus nihil ipse significans sed praebens transitum quem tropum magis adfectamus ut habere videamur qui illo in loco desideramus id cuius frequentissimum exemplum cano canto et canto dico. Aliter metalemptis est dictio quae per equivocum unius atsignificat. ||

f. 224 a Anadiplosis est congerminatio verborum
 De interrogatione et percontatione. Interrogatio noscendi est vos quidem tanquibus aut vetusti ab oris percontio arguendi non sciscitandi sed instandi quid tuus ille tuvero districtus in acie farsalica gladius agebat et quousque tandem abutere catilina patientia nostra et patere tua consilia non sentis. interrogamus qui negari non potest ne tandem causam gaius dificulamus facula aut ubi respondendi difficilis est ratio ut vulgo ut solemus quomodo fieri potest iam invidiae gratia ut apud senecam quas peti terras iubes miserationes aut si non hae quae nunc tellus inquit quae me aequora possunt accipere ac indignationes et quisquam numen iunonis adorat p₁ admirationis quid non mortalia pectora cogis est agrius imperandi genus non arma expedient et ipsi nos rogamus quid igitur faciam est aliqua in respondendo figura cum aliud interrogati ad aliud quia sicut illius sit occurrunt tum augendi criminis gratia ut testes in reum rogatus anbreo fustibus vapullasset innocens inquit tum declinandi qui est frequentissimum quaero an occideris hominem responditus latronem. annon occupaveris fundum respondetur meum est confessionem procedat defensio ut apud virg non ego te vidi damonis pessimae caprum

2. Apud Isidor. II, 21, 48. Otto *synaeresis* scripsit.
4. Quae praeterea transscripta sunt, pertinent ad *κατειρωσις* p. 11, 17., ubi addendum erat: „ut *saxea est verruca in summo montis vertice*“, quae verba ex Gatonis Originibus commemorarunt Quint. VIII, 3, 48. 6, 14. et Gell. N. A. III, 7.
6. Cf. Quintil. VIII, 6, 37. Ernesti lex. technol. gr. p. 215.
14. Cf. Isidor. II, 21, 3.
15. Virg. Aen. I, 369.
17. Cic. pro Ligar. 3, 9. in Catil. 1, 1.
19. Cic. pro Cluent. 37, 103.

Peusis soliloquium est, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus.

Synchoresis est, cum differimus aliquid petentes, ut aliud interim nos permit-
tant dicere.

Diaporesis dubitatio est, cum simulamus quaerere nos, unde incipiendum.

Metalepsis est transmutatio, quae ex alio tropo in alium viam praestat. est raris-
simus eius in propriis usus, Graecis tamen frequentior, qui Centaurum, qui Chiron est,
ἑππιον et insulas *ὄξείας θοάς* dicunt. at nos quis ferat, si Verrem suam aut Aelium
Catium doctum nominemus. Est enim haec in metalepsi natura, ut inter id quod trans-
fertur et id quo transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed
in loco desideramus. id eius frequentissimum exemplum *cano canto . et canto dico*.
Aliter metalepsis est dicitio, quae per aequivocum unius aliud significat.

Anadiplosis est congeminatione verborum

De interrogatione et percontatione. Interrogatio noscendi [gratia] est. *Sed vos* 15
qui tandem, quibus aut venistis ob oris. Percontatio arguendi, non sciscitandi, sed
instandi [gratia]. *Quid enim tuus ille, Tubero, dextricus in acie Pharsalica gladius*
agebat? et Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? et Patere tua con-
silia non sentis? Interrogamus, quod negari non potest: *Dixitne tandem causam Gaius*
Fidiculanius Falcula? aut ubi respondendi difficilis est ratio, ut vulgo uti solemus 20
Quomodo fieri potest? aut invidiae gratia, ut apud Senecam *Quas peti terras iubes?*
aut miserationis, ut *Sinon*

Heu, quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt

Accipere?

aut indignationis *Et quisquam numen Iunonis adorat?* aut admirationis, *Quid non* 25
mortalia pectora cogis. Est acrius imperandi genus: *Non arma expedient.* Et ipsi

nos rogamus, *Quid igitur faciam?* Est aliqua in respondendo figura, cum aliud inter-
rogati ad aliud, quia sic utilius sit, occurrunt: tum arguendi criminis gratia, ut
testis in reum rogatus, an ab eo fustibus vapulasset, *innocens* inquit; tum decli-
nandi, quod est frequentissimum: *Quaero an occideris hominem?* respondetur, *la-* 30
tronem; Annon occupaveris fundum? respondetur, *meum*, ut confessionem praece-
dat defensio. ut apud Virgilium

21. Senec. Medea v. 453.

23. Virg. Aen. II, 69.

25. Virg. Aen. I, 48. III, 56.

26. Virg. Aen. IV, 592. Terent. Eunuch. I, 1, 1.

30. Idem affert Rufinian. p. 202 Ruhnk. p. 222. de orat. pro Scauro exist. p. 222.

32. Eclog. 3, 17.

expere insidiis multum latrante lycisca an mihi cantando victus non redderet ille quem mea carminibus meruisset festula caprum. Et interrogandi et respondendi sibi ut cicero pro legario apud quem igitur hoc dico nempe apud eum qui cum hoc sciretamen me antequi vidit reip reddidit. Est ficta interrogatio ut pro cilio cicero dicit aliquis haec igitur est tua disciplina sic instituis adulescentes? deinde ego si quid iudices hoc robore animi atque hac indule virtutis ac continentia fuit et cetera. Cui diversum est cum alium rogaveris non expectare responsum sed statim subicere domus tibi deerat hac habebas pecuniam superat at agebas qui schema quidem per suggestionem vocant.

De amplificationem Quattuor generibus amplificatio constat incremento comparatione ratiocinatione congeriae. Incrementum est cum magna videntur etiam quae inferiores sunt id aut uno gradu fit aut pluribus et pervenit modo ad summum sed interdum quodammodo supra summum illuc ciceronis facinus est vincere civem scelus est verberare prope parricidium negare quid dicam in crucem tollere amplificatio per comparationem cum augendo id quae infra est necessario id qui supra positum est extollas. habes exemplum apud ciceronem servi mehercule si me pacto metuerent ut te omnes metuunt cives tui domum meam relinquendam putarent per ratiocinationem amplificatio ut cum annialis bellicis laudibus virtus scipionis amplificatur. Inter amplificationem ratio. et inphasin hoc interest qui inphasis) ex verbo ratiocinatio ex re coniecturam facit per congeriae amplificatio cum idem res et verba significant in amplificatione et si non per gradum ascendant tamen velut acervo quodam allevatur quid tum ille tu vero districtus in acie paro aliola gladius agebat f. 224 b cuius latus mucro ille petebat qui sensus || quid optabas Inter congeriem amplificationis et synarysmon hoc interest in synarysmo rerum est plurimum congeries hic unius multiplicatio.

De laudibus quarumque rerum Laudes animalium vel inanimalium advertimus his locis solere contineri quae sit inventor deinde id ipsum inventum quanta specie sit et pulchritudine et ubi nascatur de utilitate id est quod commodum ex ea capiat solet transfiguratio pro genere poni si daphne in laurum conversa est in florem narcissus postremo facta comparatione concludimus degeneratione comparationis quod

5. pro Ligar. 3, 7.
7. pro Caelio 17, 39.
10. Cic. orat. 67, 223. In orat. pro Seacro extant p. 213. ed. Beier.
13. Cf. Quintil. VIII, 4, 3.

*Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
 Excipere insidiis, multum latrante Lycisca? —
 An mihi cantando victus non redderet ille,
 Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?*

Et interrogandi et respondendi sibi [non ingratae vices], ut Cicero pro Ligario Apud 5
 quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui, cum hoc sciret, tamen me, antequam
 vidit, reipublicae reddidit. Est ficta interrogatio, ut pro Caelio Cicero Dicet aliquis:
Haec igitur est tua disciplina? sic instituis adulescentes? deinde *Ego, si quis, iudices,*
hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit et cetera. Cui diver-
 sum est, cum alium rogaveris, non expectare responsum, sed statim subicere. *Domus 10*
tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Quod schema quidam per
 suggestionem vocant.

De amplificatione. Quattuor generibus amplificatio constat, incremento, com-
 paratione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est, cum magna videntur, etiam
 quae inferiora sunt. Id aut uno gradu fit aut pluribus. et pervenitur non modo ad 15
 summum, sed interdum quodam modo supra summum. Illuc Ciceronis *Facinus est*
vincere civem, scelus est verberare, prope parricidium necare, quid dicam in crucem
tollere? Amplificatio per comparationem, cum augendo id quod infra est necessario
 id quod supra positum est extollas. Habes exemplum apud Ciceronem *Servi meher-*
cule [mei] si me [isto] pacto metuerent, ut te omnes metuunt cives tui, domum meam 20
relinquendam putarem. Per ratiocinationem amplificatio, ut cum Hannibalis belli-
 cis laudibus virtus Scipionis amplificatur. Inter amplificationem per ratiocinationem et
 emphasin hoc interest, quod emphasis ex verbo, ratiocinatio ex re coniecturam facit.
 Per congeriem amplificatio, cum idem res et verba significant. In amplificatione etsi
 non per gradum ascendant, tamen velut acervo quodam allevantur. *Quid tuus ille, 25*
Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebat?
qui sensus [erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi?
quid cupiebas? quid optabas? Inter congeriem amplificationis et synathroesmon hoc
 interest: in synathroesmo est plurium rerum congeries, hic unius multiplicatio.

De laudibus quarumque rerum. Laudes animalium vel inanimalium advertimus 30
 his locis solere contineri, quis sit inventor, deinde id ipsum inventum quanta specie
 sit et pulchritudine et ubi nascatur. De utilitate, id est quod commodum ex ea capia-
 tur, solet transfiguratio pro genere poni, si Daphne in laurum conversa est, in florem
 Narcissus. Postremo facta comparatione concludimus, degeneratione comparationis

16. in Verr. accusat. lib. V, 66, 170.

19. in Catil. I, 7, 17.

25. pro Ligar. 3, 9.

sit inlaudabilis debet aut aequè laudabilius fieri aut cum melioribus. Fit tamen aliquando diversarum rerum comparatio si comparemus eum qui in bello et eum qui in pace magnus est.

De laudibus urbium Urbium laudem primum conditoris dignitas ornat idque aut ad homines inlustres pertinet aut etiam ad deos ut athenas a minerva dicitur constituta et ne fabulosa potius quam vera videantur. Secundus est de speciem moenium locus et situs qui aut terrenus est aut maritimis et in monte vel in plano. Tertius de fecunditate agrorum largitate fontium moribus incolarum. Tum de his ornamentis quae postea accesserint aut felicitate si res sponde ortae sint aut prolate aut virtute et armis et bello propagate. Laudamus etiam illud si ea civitas habuerit plurimos nobiles viros quorum gloria lucem praebet universis. Solemus et a finitimis civitatibus laudemutuari si autem maiores sumunt alios protegamus aut si minores ut luce finitimae luminemur. In his quoque faciemus breviter comparationem. Comparatio est quando duae res inter se collocatae comparantur et fit comparatio in sermonis et in rebus si ulixes cum aiace comparetur est in personis si prudentia contendit et fortitudo est in rebus. Sed utroque unus est dicendi modus nam quid sit melius quaeritur. Igitur de his quibus post ambigi fiet comparatio ceterum ridigulum videbitur si achiles in specie vel viribus thersite comparatur. Ergo ad utrumque esse dicemus primum aut alium alio praeferemus. Possunt tamen sic fieri comparationes ut altera pars extollatur altera deprimatur. Servemus per omnia laudis praecepta quae in simplici laude praecepimus aut certe per ea quae in contemplationem possunt venire committi omitti si non vel levi aliqua re discernuntur. Crimina nostrorum dissimulare debemus iniquorum vero persequi diligenter. Male res inter se comparantur quando quae sit peior ostendimus ut si avaritia et luxuria conferatur quando plures cum pluribus referimus de utriusque elegimus singulos quos inter se comparemus. Si de oratoribus et poetis quaeritur ut omerus et demonsthenis floruerunt aut cum tullio nō vel maro. Deinde qui plures qui meliores extiterint singula cum singulis aut plures cum pluribus conferentur vituperationes ex contrario ducimus pari ratione.

De figuris vel sermonibus ||

f. 225 a

Collibitu est nobis *rel.*

5. pro Ligat. 3. 7.

7. pro Caes. 17. 38.

10. Cic. orat. 17. 22.

13. Cf. Quintil. VIII. 4. 3.

16. in Volt. accusat. lib. V. 68. 170.

18. in Gall. I. 7. 17.

22. pro Ligat. 3. 8.



f. 125 b Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone. Fit autem si pars orationis vel accentu vel littera vel syllaba vel tempore vel aspiratione peccat. Barbarolexis autem uno modo tantum intellegitur cum ex aliena lingua in nostrum usum verbum aliquod inducitur ut dicimus mastrucam vestimentum sardorum, magalia casas afrorum, cateias astas gallorum, acinaces gladios medorum. Barbarismus per adiectionem litterae si quis dicat coperit pro operit pro quandiu et cotidie pro cotidie. Syllabae ut tutrusit pro trusit. Temporis ut piper producta priore syllaba cum sit brevis. Accentus ut si dicens triginta priorem syllabam acuit et sequentem graviter enuntiat. Aspiratione ut omen scribens adicit primae syllabae adspirationem. Per detractionem quoque litterae fiunt ut mile pro mille. Syllabae ut salmentum pro salsamento. Temporis ut si orator correpta priore syllaba dicatur. Accentus ut si oratorem priorem syllabam circumflectat. Aspirationis ut si honorem dicens citra aspirationem pronuntiet priorem syllabam. Per inmutationem litterae ut si quis dicat bobis pro vobis et peres pro pedes, quod vicium plevem romanam quasi quadam deliciosa novitatis affectione corrumpit. Per transmutationem litterae sic ut lericum pro reliquum interpretor pro interpetror.

f. 126 a Hi sunt modi barbarismorum ex quibus apparet aspiratione et accentu ita frequentes fieri metaplasmos et vicissim aliquos modos de metaplasms non positos in scriptoribus || ut barbarismi similiter fieri videantur veluti est dyeresis et systole. Nam ecce non videtur per dieresin barbarismum facere qui ut dicat solvit quod est disyllabum dicit solvit et rursus non videtur per systolen facere qui ut dicat uvam passam dicit . u . am passam et induruit quod est tetrasyllabum dicit indurvit. Sunt et alii modi barbarismorum id est myotacismi labdacismi et iotacismi quos ego ut quid ad certas litteras redigere quidam sic voluerunt non satis probo; nam sunt et aliae quaedam litterae quae pro natura sua similibus vitiis materiam praestant. Ergo sunt huiusmodi barbarismi ut pinguius aliquid aut exilius sonat quam ratio romanis exposcit non in solis istis tribus litteris sed et in aliis quibusdam. Miotacismus fit cum in dictione aliqua sic ponitur vocalis sequente . m. littera ut an ad priorem pertineat partem orationis incertum sit ut faciemaiacis. Iotacismus fit per . i. litteram si vel pinguius vel exilius prolata sit. Galli hac pinguius utuntur ut cum

4. De mastruca cf. Quintil. I, 5, 8. Cicero pro Scauro p. 209. ed. Beier., Isider. Orig. XIX, 23, 5.; de magalibus Festus p. 146. ed. Mueller., Serv. in Virg. Aen. I, 421., Isider.

Fragmentum de barbarismo.

Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone. Fit autem, si pars orationis vel accentu vel littera vel syllaba vel tempore vel aspiratione peccat. *Barbarolexis* autem uno modo tantum intellegitur, cum ex aliena lingua in nostrum usum verbum aliquod inducitur, ut dicimus *mastrucam* vestimentum Sardonum, *magalia* casas Afrorum, *cateias* hastas Gallorum, *acinaces* gladios Medorum. 5
 Barbarismus per adiectionem litterae, si quis dicat *coperit* pro *operit*, [*quamdius*] pro *quamdiu* et *cottidie* pro *cotidie*: syllabae, ut *tutrusit* pro *trusit*: temporis, ut *piper* producta priore syllaba, cum sit brevis: accentus, ut si dicens *triginta* priorem syllabam acuit et sequentem graviter enuntiat: aspirationis, ut *omen* scribens adiecit primae syllabae adspirationem. Per detractorem quoque litterae fiunt, ut *mile* 10 pro *mille*: syllabae, ut *salmentum* pro *salsamento*; temporis, ut si *orator* correpta priore syllaba dicatur: accentus, ut si *oratore[m]* [dicens] priorem syllabam circumflectat: aspirationis, ut si *honorem* dicens citra aspirationem pronuntiet priorem syllabam. Per inmutationem litterae, ut si quis dicat *bobis* pro *vobis* et *peres* pro *pedes*, quod vitium plebem Romanam quasi quadam deliciosa novitatis affectione corrumpit. 15
 Per transmutationem litterae sic, ut *lericum* pro *reliquum*, *interpertor* pro *interpretor*.

Hi sunt modi barbarismorum, ex quibus apparet aspiratione et accentu [non] ita frequentes fieri metaplasmos et vicissim aliquos modos de metaplasms non positos in scriptoribus, ut barbarismi similiter fieri videantur, veluti est diaeresis et systole. Nam ecce non videtur per diaeresin barbarismum facere, qui ut dicat *solvit*, quod est 20 disyllabum, dicit *soluit*, et rursus non videtur per systolen facere, qui ut dicat *uam passam*, dicit *uam passam* et *induruit*, quod est tetrasyllabum, dicit *indurvit*.

Sunt et alii modi barbarismorum, id est mytacismi, lambdacismi et iotacismi, quos ego, quod ad certas litteras redigere quidam sic voluerunt, non satis probo. nam sunt et aliae quaedam litterae, quae pro natura sua similibus vitiis materiam praestant. 25 Ergo fiunt huiusmodi barbarismi, cum aut pinguius aliquid aut exilius sonat, quam ratio Romani sermonis exposcit, non in solis istis tribus litteris, sed et in aliis quibusdam. Mytacismus fit, cum in dictione aliqua sic ponitur vocalis sequente .m. littera, ut an ad priorem pertineat partem orationis incertum sit, ut *faciem Aiakis*. Iotacismus fit per .i. litteram, si vel pinguius vel exilius prolata sit. Galli hac pinguius utuntur, 30

Origg. XV, 12, 4.; de cateiis Serv. in Virg. Aen. VII, 741., Isidor. Origg. XVIII, 7, 7.; de acinace interpr. Horat. Carm. I, 27, 5. et Zumpt. ad Curt. III, 6, 6.

dicunt ite non expresse ipsam proferunt sed inter . e . i . Romanae linguae haec erit moderatio ut ubi ab ea verbum incipit ut ire pinguior sit ubi in ea desinit ut habui medium inter e et i et ubi in medio sermone est ut hominem. Labdacismus fit cum l littera vel subtilius vel pinguius effertur nam graeci subtiliter hoc efferunt; cum enim dicunt ille mihi dixit, sic sonant duae primae syllabae quasi per unum l. Alii sic pronunciant illum ego per-flammas ut aliquid illic soni etiam consonantis admiscere videantur quae est pinguius prolatio. Romanae quoque linguae prolatione alicubi plenius alicubi exilius debet proferri. Pinguius cum . b . sequitur, ut balbus vel c ut pulcer vel f ut delfis vel g ut alga vel m ut solmon vel p ut calpe. Exilius autem ubi ab ea verbum incipit ut lana vel ubi in eodem verbo prior syllaba in ea finitur et sequens ab ea incipit ut alligo. Sunt et alia quaedam vitia nam c litteram quidam non latine efferunt ut puta si dicant sic ludit ita hoc dicunt ut putes eos in secunda parte orationis cludere dixisse non ludere. Alii ita subtiliter hoc efferunt, ut cum duo . c . habeant desinentis prioris partis orationis et incipientis alterius quasi uno . c . habeant utrumque explicant ut sic custodit. Item . s . litteram graeci exiliter proferunt adeo ut cum dicunt iussit per unum . s . eos dicere f. 126b estimes. U. quoque literam aliqui pinguius efferunt || ut cum dicunt veni putes eos trisyllabum proferre. Sciant itaque omnes non mediocri vitio laborare se qui in his rebus vitium aliquod contra ratione decoris incurrunt.

1. Consentius p. 20. „Romanae linguae in hoc erit moderatio, ut exilis eius sonus sit, ubi ab ea verbum incipit, ut *ite*, aut pinguior, ubi in ea desinit verbum, ut *habui*, *tenui*: medium quendam sonum inter *e* et *i* habet, ubi in medio sermone est, ut *hominem*“ ostendit illa aut corrupta aut, quod probabilius est, negligenter inde transscripta esse.

ut, cum dicunt *ite*, non expresse ipsam proferunt, sed inter . e . i . Romanae linguae haec erit moderatio, ut, ubi ab ea verbum incipit, ut *ire*, pinguior sit, ubi in ea desinit, ut *habui*: medium inter . e . et . i ., et ubi in medio sermone est, ut *hominem*. Lambdacismus fit, cum l littera vel subtilius vel pinguius efferatur: nam Graeci subtiliter hoc efferunt; cum enim dicunt *ille mihi dixit*, sic sonant duae [ll] primae 5 syllabae quasi per unum . l . Alii sic pronunciant *illum ego per flammās*, ut aliquid illic soni etiam consonantis admiscere videantur, quae est pinguior prolatio. Romanae quoque linguae prolatione alicubi plenius, alicubi exiliter debet proferri: pinguius, cum . b . sequitur, ut *balbus*, vel . c ., ut *pulcer*, vel . f ., ut *delfis*, vel . g ., ut *alga*, vel . m ., ut *Sulmo*, vel . p ., ut *Calpe*; exiliter autem, ubi ab ea 10 verbum incipit, ut *lana*, vel ubi in eodem verbo prior syllaba in ea finitur et sequens ab ea incipit, ut *alligo*.

Sunt et alia quaedam vitia . nam . c . litteram quidam non latine efferunt; ut puta si dicant *sic ludit*, ita hoc dicunt, ut putes eos in secunda parte orationis *cludere* dixisse, non *ludere*. Alii ita subtiliter hoc efferunt, ut cum duo . c . habeant 15 desinentis prioris partis orationis et incipientis alterius, quasi uno . c . utrumque explicent; ut *sic custodit*. Item . s . litteram Graeci exiliter proferunt adeo, ut, cum dicunt *iussit*, per unum . s . eos dicere existimes. u . quoque litteram aliqui pinguius efferunt, ut cum dicunt *veni*, putes eos trisyllabum proferre. Sciant itaque omnes non mediocri vitio laborare se, qui in his rebus vitium aliquod contra ratio- 20 nem decoris incurrunt.

6. Est versus Virgilianus Aeneid. VI, 110.

Index figurarum.

- aetiologia 5. 19.
 amphidiorthosis 3.
 amplificatio 23.
 anacephalaeosis 5.
 anadiplosis 21.
 anamnesis 19.
 antanaclasis 17.
 antapodosis 15.
 anthypophora 7.
 antimetabole 17.
 antisagoge 7.
 antitheta 15.
 ἀνοιονόμητον 13.
 apaetesis 19.
 aposiopesis 7. 19.
 ἀσχημάτιστον 13.
 athroisimos 19.
 brachylogia 13.
 κακόζηλον 13.
 κακοούνητον 13.
 characterismos 5. 19.
 chria 17.
 climax 15.
 coenonia 7.
 coenosis 17.
 diaphoresis 7.
 diaporesis 7. 21.
 diasymos 7. 19.
 diatyposis 9.
 diorthosis 3.
 eclipsis 7.
 emphasis 13. 23.
 enallage 9.
 energia 3.
 epanalepsis 19.
 epangelia 19.
 epanodos 11. 15.
 epauxesis 7.
 epembasis 5.
 epexegesis 5.
 epidiorthisis 3.
 epimone 5. 19.
 epiphonema 13.
 epitheton 11.
 epitrochasmus 5.
 epitrope 17.
 erotema 9.
 erotesis 7.
 ethopocia 3. 17.
 exetasmos 7.
 exoche 17.
 ἐξεργασία 15.
 ἐπεξεργασία 15.
 hyperthesis 7.
 hypexaeresis 5.
 ὑπεξεργασία 15.
 idea 5.
 interrogatio 21.
 ironia 19.
 laudes 23.
 leptologia 5.
 macrologia 11.
 metabole 11.
 metalepsis 21.
 metastasis 5.
 metathesis 17.
 ὁμοιολογία 13.
 paradiastole 17.
 paradoxon 17.
 paraetesis 19.
 paralipsis 7.
 paraprodocimia 11.
 parison 9.
 paronomasia 9.
 parrhesia 17.
 percontatio 7. 21.
 περιεργία 11.
 peusis 21.
 procatalepsis 9.
 prosopocia 3. 19.
 pysma 9.
 φαντασία 15.
 sententia 17.
 synathroemos 9.
 synchoreosis 7. 19.
 synonymia 15.
 σωρισμός 13.
 tapinosis 11.
 tautologia 11.
 topographia 5.
 topothesia 5.

Index scriptorum.

- Calvus in Vatinius 17.
 Cato in Origin. 20.
 Cicero orat. pro Caelio 5. 17. 23.
 in Catilinam 3. 5. 7. 9. 15. 19. 21. 23.
 pro Cluentio 7. 9. 11. 21.
 pro Flacco 17.
 pro Ligario 3. 9. 13. 15. 21. 23.
 pro Milone 9. 17. 19.
 pro Murena 9.
 in Pisonem 3.
 Philippic. 7. 17.
 pro Roscio Amerino 3. 5. 7.
 pro Scauro 23.
 Verrinae 3. 5. 7. 11. 23.
 declamatio in Sallust. 13.
 fragmenta incerta 5. 15. 17. 19.
 Ecclesiasticus 15.
 Gracchus 15.
 Sallustius in Histor. 13.
 Scipio Africanus 15.
 Seneca tragicus 21.
 Terentius 7. 9. 17. 21.
 Virgilius Aen. I, 16. 19.
 I, 33. 13.
 I, 41. 7.
 Virgilius Aen. I, 48. 21.
 I, 118. 3.
 I, 135. 7. 13. 19.
 I, 159. 5.
 I, 250. 5.
 I, 369. 21.
 I, 440. 9.
 II, 29. 3.
 II, 69. 21.
 II, 262. 13.
 II, 306. 11.
 II, 435. 11.
 III, 56. 21.
 III, 475. 11.
 III, 631. 13.
 IV, 359. 11.
 IV, 508. 19.
 IV, 592. 21.
 VI, 110. 29.
 VII, 563. 5.
 VII, 633. 3.
 X, 36. 7.
 XII, 5. 9.
 Eclog. 3, 17. 23.
 Georg. III, 364. 11.

Schulnachrichten über die lateinische Hauptschule

von Michaelis 1851 bis dahin 1852.

Ich kann die Nachrichten über unsere Schule nicht beginnen, ohne zuvörderst den Tod des Mannes zu erwähnen, der zwar in den letzten Decennien nicht mehr unmittelbar an der Leitung derselben sich betheiligt hat, der aber doch als Director der gesammten Franckeschen Stiftungen auch ihr seine lebendige Theilnahme zuwandte und als solcher die Aufsicht über sie führte; ich meine den Tod des am 6. December 1851 in dem Herrn entschlafenen Directors und Professors Dr. Hermann Agathon Niemeyer. Eine kurze Skizze seines Lebens gehört auch in die Chronik dieser Schule.

Hermann Agathon Niemeyer wurde am 5. Januar 1802 früh um 7 Uhr geboren, der achte und jüngste Sohn des Kanzler August Hermann Niemeyer und seiner Ehegattin Agnes Wilhelmine Christine v. Köpfen. Unter den Augen der feingebildeten Mutter entwickelte sich der Knabe rasch; von ihr erhielt er auch in Verbindung mit dem nicht ein ganzes Jahr älteren Bruder Max den ersten Unterricht. Bald konnten beide an einzelnen Unterrichtsstunden im Königl. Pädagogium Theil nehmen; am 16. April 1810 wurden sie zugleich als Scholaren in dasselbe aufgenommen und bezogen im Jahre 1812 als Alumnen die Anstalt selbst. Hier war es besonders Joh. August Jacobs, der sich des Knaben von dem Augenblicke an, wo er in den Kreis der Schüler eintrat, bis zur Zeit seines Abganges, mit seltener Liebe annahm, ihm viele Stunden seiner kostbaren Zeit opferte und ihn auf kürzeren und längeren Reisen mit ausgezeichneten Männern, viel bewunderten Gegenden, großartigen Kunstwerken bekannt machte und dadurch auch außerhalb der Schule seine geistige Thätigkeit vielseitig anregte und seine gründliche Ausbildung förderte. Wenn Jacobs durch seine philosophische und historische Bildung mehr zu einer philosophisch-ästhetischen Auffassung der alten Litteratur geführt ward und durch dieselbe in der Fülle und dem Reichthume seines Geistes oft herrliche Strahlen in das Dunkel des Alterthums entsendete, so sorgte August Ferdinand Naefe für die Gründlich-

keit des grammatischen Wissens und erschloß dem strebsamen Jünglinge das Verständniß der griechischen Tragiker, hauptsächlich des Sophocles, und erweckte für diesen Dichter bei N. so großes Interesse, daß er noch in seinen späteren Lebensjahren in ihm, wie überhaupt in den alten Schriftstellern, die er als Schüler gelesen hatte, wohlbewandert war und viele Stellen derselben in treuem Gedächtnisse bewahrte. Das gemeinsame Leben mit gleichalterigen Jugendgenossen führte dem für Freundschaft empfänglichen Jünglinge treue Freunde zu; das Band, das ihn auf der Schule schon mit v. Bassow, v. Salbern, Bennecke u. a. vereinigte, hat das spätere Leben immer fester geknüpft. Während seines 9 $\frac{1}{2}$ jährigen Aufenthaltes auf dem K. Pädagogium war er unter des geliebten Vaters sorgfältiger Leitung sicher von Stufe zu Stufe aufgerückt, hatte in der Selecta besonders sich trefflich ausgebildet und bestand daher am 17. September 1819 die Maturitätsprüfung so glänzend, daß er ein Zeugniß „unbedingter Tüchtigkeit“ erhielt. Am folgenden Tage fand im Actusaale eine feierliche öffentliche Disputation der abgehenden Selectaner statt; Niemeyer vertheidigte seine Abhandlung und die derselben angehängten Thesen nicht bloß gegen seinen Bruder Max und Normann, sondern auch gegen die außerordentlichen Opponenten, welche aus dem Kreise der Zuhörer sich erhoben. Das Maturitäts-Zeugniß erwähnt diese Disputation auf das Rühmlichste und schreibt N. vorzügliche Kenntnisse in allen Fächern des Unterrichts zu. Noch schöner klingt das Lob, daß er sich durch Reinheit der Sitten, durch Gesetzmäßigkeit und eine ebenso rechtliche als ernstliche Gesinnung empfohlen habe.

Am 12. October 1819 wurde N. als Studiosus der Theologie auf der hiesigen Universität immatriculirt. Es war eine schöne Zeit, in welcher die Zahl der Studirenden von Halbjahr zu Halbjahr wuchs und eine Menge bedeutender Lehrer nicht bloß in der theologischen Facultät strebsame Jünglinge aus allen Theilen des Vaterlandes nach Halle führte, in welcher selbst die harten Strafen, welche die Teilnehmer der deutschen Burschenschaft trafen, auf die Frequenz keinen nachtheiligen Einfluß ausübten. Hielt sich N. von dieser Verbindung wie überhaupt von allem ungeseligen studentischen Treiben fern, so hat er sich doch dem fröhlichen Genuße seiner Jugendzeit nicht entzogen und auch der heiteren Seite der academischen Jahre das gebührende Recht angedeihen lassen. Hier knüpfte sich das Freundschaftsband mit den Fachgenossen Franke, Köddiger, Schwarz und anderen; in der lateinischen Gesellschaft, die auch nach seinem Abgange von der Universität als latina noch lange fortgeblüht hat, traf er mit Franke, Immermann, Hoffmann (jetzt in Jena) u. a. zusammen; auch trat er Hans v. Arnim näher, dem Freunde, der trotz einer sehr in Anspruch nehmenden Praxis in Berlin nicht bloß an das Krankenbette des Freundes kam zum Trost und zur Beruhigung, sondern auch dem Todten das letzte Geleit nicht versagte. Die philologischen Studien wurden eifrig gepflegt und Karl Reisig, der bald unseres N. Herzensfreund wurde, zählte ihn zu seinen fleißigsten Zuhörern und den strebsamsten Mitgliedern jenes Privatissimums, aus dessen Uebungen eine große Zahl ausgezeichnete Lehrer hervorgegangen ist. Ganz natürlich war es bei dieser Richtung, daß aus dem Kreise der theologischen Wissenschaften die Gregese und die historisch-kritischen Disciplinen ihn vor-

zugsweise fesselten und in dem theologischen Seminare, zu dessen Senior er bald ernannt ward, Stoff zu Arbeiten lieferten. Am 26. Juli 1823 erwarb er sich durch öffentliche Vertheidigung der Abhandlung *de docetis* (49 S. in 4.) nach rühmlich bestandener Prüfung die philosophische Doctorwürde.

Er war der einzige von den Söhnen des Kanzler N., der in der Wahl seines Berufes in des berühmten Vaters Fußstapfen getreten war; jetzt hatte er sich auch fest entschlossen die academische Laufbahn zu betreten. Für eine tiefere gelehrte Vorbildung besaß Göttingen damals wie noch jetzt nicht bloß in den reichen und seltenen Schätzen seiner Bibliothek besonderen Reiz; auch N. ging dorthin und ließ sich noch einmal am 2. December 1823 als Studiosus der Theologie immatriculiren. Er verweilte bis zum Herbst des folgenden Jahres in Göttingen, weniger die Vorlesungen als die Bibliothek besuchend, deren er zur Abfassung seiner theologischen Probefchrift aus dem Gebiete der Patristik bedurfte. Am 28. December 1824 bestand er behufs der Habilitation die Prüfung vor sämtlichen Mitgliedern der theologischen Facultät nach den bei ihm zuerst in Anwendung gebrachten Reglement, am 8. Januar 1825 folgte die öffentliche Vertheidigung der Abhandlung *de Isidori Pelusiotae vita, scriptis et doctrina commentatio historico-theologica*, welche wenige Monate später vervollständigt im Buchhandel erschien.

Ostern 1826 begann er als Licentiat der Theologie Vorlesungen zu halten, die sich auf Einleitung in die neutestamentlichen Schriften, Geschichte der alten Apologeten und christliche Alterthümer bezogen; auch die Reformationsgeschichte hat er erzählt. Daneben unterrichtete er in den oberen und mittleren Klassen der Lateinischen Hauptschule und übernahm an des hochbejahrten Consistorialraths Wagnis Stelle die Verwaltung der öffentlichen Bibliothek des Waisenhauses. Zu schriftstellerischen Arbeiten blieb damals wenig Muße; nur einige Recensionen fallen in dieses Halbjahr, das als die Zeit rüstigen Strebens nach einem schönen Ziele, beglückt durch Liebe und Freundschaft, immer zu N. theuersten Erinnerungen gehörte.

Aber eine noch schönere Zeit sollte folgen. Der Beifall, welchen seine Vorlesungen hier fanden, veranlaßte die Curatoren der Universität Jena ihm eine außerordentliche Professur in der theologischen Facultät jener Universität anzutragen. Er nahm Michaelis 1826 den Ruf an und auf dieser Universität, „welche sich wie wenige die poetische Heiterkeit und Harmlosigkeit des academischen Lebens, die Freiheit von slavischem Umherlauschen und Parteimachen zu erhalten gewußt hat, verlebte er im wünschenswerthesten Vereine mit Männern wie Baumgarten-Crusius, Fries, Kieser, Göttling, Schwarz und Henke, vielleicht die drei glücklichsten Jahre seines Lebens“. Dabei wurde mit dem elterlichen Hause, mit der Braut und den halleschen Freunden, besonders mit Reisig, wie andererseits mit Weimar, wo Goethe dem jungen Professor stets freundlich entgegenkam, ein lebendiger, immer frisch anregender Verkehr unterhalten. Der Jubelfeier seines Vaters, einem der schönsten Feste, welches je in den Mauern unserer Stadt gefeiert ist, wohnte er mit seinen Jenaischen Kollegen Dank und Göttling bei und war nicht wenig überrascht, als an diesem Tage (18. April

1827) die theologische Facultät der Universität Göttingen ihn zum Doctor der Theologie ernannte. Ueberrascht, sage ich, weil seine Bescheidenheit solche Auszeichnung noch nicht verdient zu haben glaubte und deren Erwerbung von späteren und umfassenderen gelehrten Arbeiten abhängig gedacht hatte. Ein Jahr darauf am 23. April 1828 segnete Dr. Ehrlich an dem Altare der Ulrichskirche seine Ehe mit Charlotte Wilhelmine Antoinette Pernice ein, und es schien dem genügsamen Manne nichts mehr zu seinem Glücke zu fehlen. Eine theure Gattin, die Liebe und Achtung seiner Collegen in Jena, die Anhänglichkeit und Verehrung der Studirenden, dazu die Lust an wissenschaftlicher Forschung, Alles würde ihn an Jena gefesselt haben, wenn nicht der Tod seines Vaters, der bereits am 7. Juli 1828 erfolgte, diesen Plan unterbrochen und ihn zu einem andern, sorgenvolleren Berufe bestimmt hätte.

